



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

13. Dies Januarii. Disce homo non diligere mundum, ut diligas Deum:
Averte, ut convertaris. Gregor. disp. de temp. 507.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-55659)

uar.
guidi
lio &
erpe-
il sit
quo-
o, &
storis
amo-
ulti-
Etua-
num
dum
audet
inve-
Quid
rimi-
ircu-
fera-
natus
secu-
is or-
opia
n sua-
foro,
ristus
o lites
rator
ro ob-
fidia.
olitu-
dine.

Januar.

Tessera.

31

dine. Si tibi sapiat Jesus, omnia tibi desipient præter Jesum. Quia

Dulcior est Jesus, quam quivis corporis eſus.

13. DIES JANUARII.

Disce homo non diligere mundum, ut diligas Deum: Averte, ut convertaris.

Gregor. disp. de temp. 507.

Miseritiae I.
Mundi.

Utin mundo ad tempus deseras mundum, suadebit tibi ipsa mundi calamitas, & eorum quæ sunt mundi, vanitas. Accipe illam ex calamo illius, qui mundum expertus, tandem omnia in mundo exosus, hisce coloribus ejus linamenta adumbravit. (a) *Heu infelicem mundum! heu miserum mundum! heu fraudulentum mundum!* Verum quotusquisque eorum qui de mundo queruntur, explicare potest, quis sit ille de quo queritur. Mundus in quo nascimur, vivimus, morimur, plurimum differt ab eo mundo, de quo querimur. Ut igitur rem ipsam explicemus, Mundus hic malus, nihil est aliud quam mundanorum vita mala, ubi loco terra est Avaritia, ignis, cupiditas, aquæ inconstititia, aeris levitas & stultitia, petrarum superbìa, florum oblectamenta, arborum celsarum, cogitationes, maris profunditas, Quid multis? Mundi hujus sol est prosperitas, luna continua mutabilitas. Hic ergo, hic est mundus, hostis noster capitalis, amicus fraudulentus, qui assiduo nos labore defatigat, qui nostro nos thesauro spectat, qui se bonis formidabilem, improbis amabilem, prebet: honorum maxime

(a) *Antoninus Imp. c. 42.*

maxime prodigus alienorum, proprietum parcissimum
vitiorum omnium machinator, virtutum cunctarum
carnifex: qui suos blanditiis sustentat, alienos deliciis al-
licit: qui mortuorum famam furatur, & vivorum vitam
deprudatur. Denique mundus is est, qui rationem habe-
cum cunctis, a quo rationem petere nemo audet. Hæc de
Mundo & mundi vanitate, mundi delitiis irretitus
Imperator M. Aurelius Antoninus. Quid aliud de
mundo scribere potuisset Anachoreta D. Antonius!

II. Eidem huic tabulae manum apposuit, ei qui
quasi summam manum imposuit Franciscus Petrar-
cha, qui hunc in modum ejus faciem delineat. Quid
est mundus? *Vas rimosum specus inexpleibile, tenui-
dus, breve diversorum fædus carcer, latens præcipitum
procellosum pelagus, vadosa litera, anceps portus, officina
scelerum, sentinelibidinum, caminus irarum, putensio-
diorum, putre adficiunt, fundamētum fragile, muri hi-
antes, recta labentia, statio instabilis: rota volubilis, ma-
nens cursus, seabra levitas, scrupulosa suavitas, blandi-
crudelitas, fallax amicitia, concors discordia, fœdifra-
ga inducia, bellum inexorabile: pax infida, simulacra
virtus, excusata nequitia, laudata fraus, honoratum de-
decus, irrisa simplicitas, contempta fides, nugæ seriæ, inge-
niosa dementia, loquax torpor, velata ignorantia, qui-
relarum suspiria, contentionum strepitus, vulgi fragor, lis-
picio oblivia peregrinatio, patria odium, amor exiliu, lemu-
rum civitas atque larvarum, dæmonis regnum, Lucifer vel
ri principatus.* Quid aliud de mundo sentire potuisset. Di-
set maximus ille mundi osor D. Franciscus Minorum
Fratrum magnus Patriarcha, quam hic Franciscus
Petrarcha.

III. Adhuc post tot displicentia placet mundus?

Ad-

Januar.

Tessera.

33

Adhuc inter tot flenda in mundo , arridet tibi mundus ? Sine sublimi vertice mundum despicere, ut desinas suspicere ? Ascende tacitis cogitationibus illam editam D. Cypriani speculam, in qua velut in speculo mundi faciem truculentam contemplaberis. (a) Paulisper te crede subduci in montis ardui verticem celsiorrem, speculare inde rerum infrà te jacentium facies : Et oculis in diversa porrectis, ipse à terrenis contactibus liber, fluctuantis mundi turbines intuere &c. Cerne tuiti- nera latronibus clausa, Maria obessa prædonibus, cruen- to horrore castrorum bella undique divisa ; madet orbis matuos sanguine, Et homicidium cum admittant singuli, crimen est, virtus vocatur cum publice geritur: impuni- tatem sceleris acquirit non Innocentia ratio , sed sævitia magnitudo. Nam si ad urbes ipsas oculos tuos convertas, celebritatem offendes omni solitudine tristorem. Para- tur gladiatorius ludus , ubi homo occiditur in hominis voluptatem, ut quis possit occidere, peritia est, usus est, ars est : scelus non tantum geritur, sed docetur &c. O si possis in illa sublimi specula constitutus, oculos tuos inse- rere secretis, recludere cubiculorum obductas fores & ad conscientiam luminum penetralia occulta referare, Aspi- inge- cias ab impudicis geri, quod nec possit aspicere frons pudici- que. Videas quod crimen sit, & videre. Fiunt, quæ nec il- agor, lis possunt placere, qui faciunt. In nunc, & persiste in mundo, ubi nihil est nisi vel quod horreas flagitium, vel quod fugias periculum, vel quod timeas exitium. Dictorum Epiphonema sit hoc vatis poëma:

Omnis in hoc mundo , fragilis stat sicut arundo.

C

14. DIES

(a) Cypr. Epist. ad Donat.